

caverunt post mortem, & in sacris diptychis & scripserunt. Quod factum est in Joanne, & in Flaviano religiose memorie Episcopis Constantinopolitanis. *Item in actione quinta.* §. 1. Augustinus ait: [Si forte isti libri ita designant traditorem suum, sicut Dominus designavit Judam; legatur in eis nominatum, & expresse vel Cæcilianum, vel ordinatores, eorumdem librorum fuisse traditores; & si non eos anathematizaverit, ipse cum eis iudicet tradidisse.] *Infra in eadem actione.* §. 2. Quæ modo recitata sunt, Augustinus sanctæ memoriæ consuluit; & conveniunt & statui tenenti ab initio in Ecclesia. Impium verò dogma jam inculpatum, & condemnatum est, & eos, qui tali dogmati obnoxii sunt, anathematizari vult Ecclesiæ traditio; licet etiam mortui essent. Ideo sanctæ memoriæ Augustinus dixit [Quod si modo convinceretur Cæcilianus de his, quæ inferuntur ei; etiam post mortem eum anathematizo.] *Item supra in eadem actione.* §. 3. Multi Episcopi congregati, & quædam de diversis causis ad Ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes statuerunt P de Episcopis defunctis, qui Hæreticis suis facultates reliquerunt, ut etiam post mortem anathematizati subsistant. Sunt verò etiam & Augustini sanctæ memoriæ Epistolæ dicentes, quod si qui in vita sua non recte sapuerunt, licet non condemnati fuissent adhuc viventes, tamen demonstrato peccato, isti etiam post mortem anathematizati subsistant. *Item infra.* §. 4. [Si vera essent, quæ ab eis objecta sunt Cæciliano, & nobis possent aliquando monstrari, ipsum jam mortuum anathematizarem.] *Item infra.* §. 5. [Dicit licere mihi etiam hodie de mortuis iudicare: quia potest.] *Infra.* §. 6. Rambulæ sanctæ memoriæ, Episcopus factus Edessene civitatis, qui in Sacerdotibus explevit, Theodorum istum Mopisestenum etiam post mortem in Ecclesia anathematizavit. *Item infra.* §. 7. Romanorum etiam Ecclesia ante annos paucos Diocorum, qui fuit Papa ejusdem Ecclesiæ, & post mortem anathematizavit, cum nec in fide peccasset. Et hoc sciunt omnes, qui degunt Romæ: & maxime, qui in dignitatibus existunt: qui etiam eidem Diocoro communicatores permanerunt usque ad ejus mortem. *Item infra.* §. 8. Si ad tempora Theopitii sanctæ memoriæ, vel superius aliquis recurrens, etiam Originem inveniet post mortem anathematizatum. Quod etiam nunc in isto fecit & vestra Sanctitas, & Vigilii religiosissimi Papa antiquioris Romæ. *Item infra.* §. 9. Sancta Synodus dixit. Sufficiunt quidem, quæ dicta, & prolata sunt, Ecclesiasticam traditionem demonstrare, quod oportet Hæreticos & post mortem anathematizari. *Item in eadem collatione octava.* §. 10. Sancta Synodus dixit. Augustini sanctæ memoriæ, qui inter Africanos Episcopos splenduit, diversæ Epistolæ recitatae sunt, significantes, quod oportet Hæreticos & post mortem anathematizari. Talem autem Ecclesiasticam traditionem & alii Africani reverendissimi Episcopi servaverunt: sed & Romana sancta Ecclesia quoddam Episcopos & post mortem anathematizavit: licet pro fide in vita sua non essent accusati: & utrumque apud nos habita gesta significant. *Corr. Rom.* Hoc Caput sumptum est ex variis locis quintæ Synodi, quemadmodum ferè se habet in Coloniensi quatuor tomorum editione. *Sane.* In Epistola Imperatoris Justiniani, quæ refertur in prima confessione, seu collatione ipsius quintæ Synodi, hic locus sic habet: *Hortamur autem etiam illud discipulare, quod variè proferunt ab eis, qui dicunt non oportere, &c.* Sed sententia non valde diversa. *β Diptychis.* Sic emendatum est ex ipso Concilio, cum antea legeretur, *Diptychis.* Diptycha verò due tabulæ erant: quarum altera vivorum, altera mortuorum ea nomina continebat, quæ in Missa recitabantur: translato vocabulo ab ostreorum diptycho: cujus mentionem facit B. Ambrosius Hexam. l. 5. c. 8. De hujusmodi autem Ecclesiasticis diptychis partim vivorum, partim mortuorum, partim utrorumque mentio fit in Epistola Innocentii I. ad Decentium c. 2. & in Epistola B. Augustini 137. Clero, & plebi Ecclesiæ Hipponensis, supra 11. q. 1. c. nomen, & xi. q. 3. c. quæ obest, & in Epistola Gelasii ad Anastasium Augustum, & in Epistola Episcoporum Ægyptiaca Diocetesi ad Anatolium: quæ habetur post Concilium Chalcedonense, & alibi sæpe. *γ Et conveniunt.* Sic est emendatum ex ipsa Synodo: antea legebatur, *Et statui teneri.* *δ Inculpatum.* In Glossa interlineari duorum vetustiorum Gratiani codicum habetur, *id est, vult culpatum.* *ε Diocorum.* In antiquis Pontificalibus in vita Bonifacii II. hæc leguntur: *Hic (scilicet Bonifacius) cum Diocoro ordinatus est, sub contentione: Diocorus in Basilica Constantiniana, Bonifacius vero in Basilica Julii. Fuit itaque dissensio in Clero, & Populo, & Senatu dies octidies, donec desinuitur est Diocorus p. Idus Octobris. Ipsi diebus Bonifacius zelo auctus cum grandi amaritudine coacta Synodo sub vinculo anathematis chirographo damnavit Diocorum, & reconciliavit Clerum: quæ chirographum in Ecclesia archivo relictum.*

AN PRO PECCATO ALICUJUS TOTA FAMILIA SIT EXCOMMUNICANDA.

QUESTIO III.

Quod autem pro peccato alicujus tota familia excommunicanda sit, multorum exemplis probatur. Pro peccato namque Sodomitarum parvuli eorum, qui beneficio ætatis paternæ flagitia nesciebant, Cælesti igne sunt consumpti. §. 1. Item pro peccato Amalechitarum non solum parvuli eorum, sed etiam bruta animalia usque ad mingentem ad parietem iussa sunt à Domino delere. §. 2. Item Dathan & Abiron aures schismatici fuerunt contra Moysen, & Aaron: nec tantum ipsi soli, sed omnis substantia eorum cum ipsis descendit ad inferos. §. 3. In novo etiam Testamento nonnumquam peccatis exigentibus gravis pestilentia deservisse legitur: quæ etiam illos involvit, qui peccati conscientiam non habebant. Si ergo tam severissime pro peccatis parentum intervenitur parvuli puriti; non dubium est, quin pro peccatis eorumdem sententiâ excommunicationis pariter ferri valeant. §. 4. His ita respondetur. Pro peccatis parentum parvulos corporaliter flagellari ex verbis Evangelii apparet: ubi Discipuli de cæco nato Christus interrogavit dicitur: *Rabbi quis peccavit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur?* In quibus etiam illud complectitur, quod Dominus ait ad Moysen: *Ego sum Deus zelotes, visistis peccata patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem.* Spiritualiter autem peccatis parentum parvuli non tenentur: ex quo per Sacramentum regenerationis ab originali peccato fuerint emundati. Unde per Ezechielem Dominus ait: *Animas, quæ peccaverit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris: neque pater iniquitatem filii: iustitia iusti super eum erit: & impietas impij erit super eum.* Quæcumque etiam peccata parentes commiserunt, ex quo filius personatiter ab eis preparatus fuerit, ei non imputantur ad panam. Unde peccato Ade idem omnes posterit fuerit dicitur: quia nondum aliquis ex illo materialiter teneri profeminatus. Quia verò apud Deum non sententiâ Sacerdotum, sed vita eorum quæritur; patet, quod non est notanda sententiâ, quæ peccati macula non inficit. Hinc Paulus Corinthiis scribens ait: *Si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, cum hujusmodi nec cibum sumere debetis.* Ex quibus verbis datur intelligi, quod nisi primum aliquis nominatus a fuerit de crimine, id est, vel coram iudice accusatus, & convictus, vel in iure ipse de se fuerit confessus; quod nec sententiâ est ferendum, nec ab ejus communione abstinendum. Non ergo pro alicujus peccato tota familia excommunicanda est. Unde scribit *Corr. Rom.* *Nominatus.* Hæc explanatio loci B. Pauli ad Corinthios & hic, & supra xi. q. 3. ad mensam. *Existent.* videtur accepta ex verbis B. Augustini in libro 50. homiliarum, *bon. ultimâ, c. 12. supra li. q. 1. c. multi.*

I. AUGUSTINUS ad Auxiliam Episcopum, Epist. 75. [fortè c. an. 398. in Africa.]

Pro peccatis patris non est filius anathematizandus.

Si habes de hac re sententiam certis rationibus vel scripturarum testimonio exploratam; nos quoque docere digneris, quomodo rectè anathematizetur pro patris peccato filius; aut pro mariti, uxor; aut pro domini, servus; aut quicumque etiam in domo nondum natus, si eodem tempore, quo unversâ domus est anathemate obligata, nascatur, nec ei possit per lavacrum regenerationis in mortis periculo subveniri. Hæc enim fuit corporalis poena, quæ legimus quoddam contemptores Dei cum suis omnibus, qui ejusdem impietatis participes fuerunt, pariter interfectos. Tunc quidem ad terrorem viventium mortalia corpora perimebantur, quandoque utique mortura. Spirituales autem peccata, quæ sit, quod scriptum est: *Quæ ligaveris in terra, erant ligata & in Cælo, animas obligat:* de quibus dictum est: *Animas patris mea est: & animas filii mea est: anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.* §. 1. Adisti fortasse aliquos magni nominis Sacerdotes cum domo disti anathematizate peccantium. Sed forte, si essent interrogati, reperirentur idonei reddere inde rationem. Ego autem, quoniam si quis à me querat, utrum rectè fiat, quid ei respondeam, non invenio; nunquam enim facere ausus sum de quorundam & factoribus anathematizatis adversus Ecclesiam perpetratis, nisi gravissime commoveret. Sed si tibi, quod iuste fiat, Dominus revelaverit; nequam juvenem ætatem tuam, & honoris Ecclesiasticæ rudimenta contempno. En adsum: tenex à juvene Cœpiscopo, & Episcopo tot amorum à collega necdum anniculo paratus sum discere, quomodo vel Deo, vel hominibus iustam possumus reddere rationem, si animas innocentes pro scelere alieno (ex quo non trahunt, sicut ex Adam, in quo omnes) peccaverunt, originale peccatum spiritibus expiandam; tamen quidquid, postquam cum genuit, peccati patris ejus admittit, ubi participes ipse non fuit, ad eum non pertinere quis ambigit? Quid dicam de

conjuges? Quid de tot animabus in univèrsa familia? Unde si una anima per litam severitatem, quæ tota domus ista anathematizata est, sine Baptismate de corpore excedendo perierit; innumerabilem mors corporum, si de Ecclesiâ homines innocentes violenter abstrahantur, & interficiantur, huic damno non potest comparari. Si ergo de hac re potes reddere rationem; utinam & nobis rescribendo præstes, ut possimus & nos. Si autem non potes: quid tibi est inconflata commotio animi facere; unde si interrogatus fueris, rectam rationem non vales invenire? Hæc autem dixi, etiam si filius noster Clasticianus aliquid admittit, quod tibi anathemate plectendum iustissime videretur. *Corr. Rom.* *Hæc enim sunt.* Sic etiam apud Ivonem, & in Panormia. In Epistola autem ipsa legitur, *Neque enim hæc corporalis est poena: quæ legitur quosdam contemptores Dei cum suis omnibus, qui ejusdem impietatis participes non fuerunt, pariter interfectos.* Verum ob Glossam, & Doctorum dicta nihil est mutatum. *β De quorundam.* Eadem Glossa obstitit, nec mutaretur: itaque, quoniam cum Ivone, & Panormia concordat. In originali autem est, *cum de quorundam factoribus immaniter adversus Ecclesiam perpetratis gravissime commoveret.* *γ Quid dicam de conjugibus?* Verba hæc desunt in ceteris editionibus Epistolæ, exceptâ Antuerpiânâ. Sunt autem in codice illarum Vaticano, & apud Ivonem, & in Panormia.

UT ergo ex hac autoritate evidentissime monstratur, illicite excommunicatur quis pro peccato alterius: neque aliqua ratione nititur, qui pro peccato unius in totam familiam sententiam ferri excommunicationis. Illicita autem excommunicatio notatum non laedit, sed excommunicantem. Unde scribit

II. GREGORIUS I. Magno Mediolanensi Episcopo, lib. 2. Epist. 26. [an. 593. Romæ in Insulam.]

Qui illicite aliquem excommunicat, semetipsum, non illum condemnat. *Comperimus* n, quod Laurentius quondam frater, & Cœpiscopus noster nullis te culpis exigentibus communiore privaverit. Ideoque hujus præcepti nostri autoritate munitus officium tuum securus perage: & communionem sine aliqua lumen formidare.

III. IREM HIERONYMUS in Leviticum P. [imò Origenes, c. an. 217. in Ægypto.]

QUI negligunt oris maledicti consuetudinem refecare; etiam non ex corde maledicti; etiam non voto, & animo iniquo profertur maledicta; tamen immunditiam laborum (secundum Elaiæ verbum) & inquinamenta oris incurunt.

IV. IREM HIERONYMUS ubi supra P. [imò Origenes, c. an. 217. ibid.]

Vita, non sententia quemlibet ligat, vel solvit. *Si quis* non recto iudicio eorum, qui presunt Ecclesiæ, depellatur, & foras mittatur: si ipse non ante exit, hoc est, si non ita egit, ut mereretur exire; nihil laeditur in eo, quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsum. Et ita fit, ut interdum ille, qui foras mittitur, intus sit; & ille foris, qui intus retinetur videtur.

V. IREM RABANUS de Ecclesiasticis Prefuris, lib. 1. [c. an. 847. in Germania.]

De eodem. *Non in perpetuum* damnamur, cum iniuste iudicamur: dicente Psalmô: *Nec damnabit illum, cum iudicabitur illi.* Multi Sacerdotum, culpam zelo Dei se persequi profertur: Sed dum indifferet hoc agitur, sacrilegii facinus incurunt: & dum præceptis quæ ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magis deterius cadunt.

VI. IREM EX CONCILIO PARIISIENSI tempore Ludovici. [an. 829. in Gallia.]

Quæ poenâ feriatur, qui illicite aliquem excommunicat. *De illicita* excommunicatione Lex Justiniani Imperatoris Catholicis, quam probat, & servat Catholica Ecclesia, constitutione cxxiii. a 1 cap. cccli. decrevit, ut nemo Episcopus, nemo Presbyter excommunicatus aliquem, antequam causa probetur, propter quam Ecclesiasticis Canones hoc fieri jubent. Si quis autem ad excommunicatum est, majoris Sacerdotis autoritate ad gratiam sanctæ communionis redeat: is autem, qui legitime non excommunicatus est, tantum abstinere à facta communione tempus, quantum majori Sacerdoti visum fuerit: ut quod iniuste fecerit, ipse iuste patiarur. Et hinc Gregorius ad Joannem Episcopum iniuste excommunicantem inter cetera scribit,

Part I.

dicens: [Castatis prius, atque in nihilum redactis prædictæ sententiæ tuz decretis, ex Beati Petri Principis Apostolorum autoritate decernimus, triginta dierum spatio te facta communione privatum, ab omnipotenti Deo nostro tantis excessibus veniam cum summa penitentia, ac lacrymarum exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognoverimus impleste remissius; non jam tantum iniustitiam, sed & contumaciam Fraternalitatis tuæ cognoscas, adjuvante Domino, severius puniendam: quia nemo præpropere, vel præpötere, scilicet non commonitus, neque conventus, est iudicandus. §. 1. De conventionem autem hujusmodi patroris manifestorum criminum Lex dicit. [Quicumque tribus autoritatibus Judicis conventus, vel tribus edictis ad Judicem fuerit provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est, quod causam extinguit, fuerit convocatus, & presentiam suam apud eum Judicem, à quo citi denuntiatus est, exhibere noluerit; adversus eum, quasi in contumacem, iudicari potest. Quinimò nec retractari per appellationem negotia possunt, quoties in contumacem fuerit iudicatum.] Et hanc sententiam de tribus autoritatibus conventis ex Evangelica autoritate Cælestinus & ad Nestorium dicens, & Ephesina Synodus de eodem decernens, & Beatus Gregorius ad Joannem scribens comprobant. §. 2. De peremptorio autem scripto, Africanum Concilium demonstrat de Cresconio, ut si conventus respiciere detraclaverit; suo contemptu, & sua contumacia faciente, autoritate judiciaria protinus excludatur. Item Beatus Gregorius de sententia in contumaciam scribens ad Maximum presumptorem Salonitanum Episcopum dixit. [Hortamur, ut ad nos venire omni postposita excusatione festines: quatenus servata iustitiâ, hæc, de quibus accusaris, & cognoscere, & finire secundum Canonica instituta Christo revelante possimus. Ita autem fac, ut ad veniendum amplius iam moras non ingeras: ne ipsa te magis absentia obnoxium his, quæ dicuntur, assignet: & nos in te hæc res, non solum propter dicta crimina, quæ purgare subterfugis, sed etiam propter inobedientiam culpam, durius scilicet, ut in contumacem, cogat ex Concilio ferre iudicium.] *Corr. Rom.* *c. xxviii.* Sic est & in Novellis Justiniani, & in Epitome Juliani Antecessoris, & in aliquot Gratiani codicibus; licet in aliis sit cxxviii. Numerus autem capituli emendatus est ex vetustis exemplaribus. Olim enim Novellæ per capita, non per libros divisæ citabantur. *β Cælestinus.* In Concilio Ephesino Bibliotheca Vaticana, & Lutetiæ impresso, in Epistola ipsa Cælestini ad Nestorium hæc leguntur ad hoc Caput pertinentia: *Scis volo post primam & secundam illius, (scilicet Cyrilli.) & hanc nostram correctionem, quam constat esse jam tertiam, ab universitate Collegii, & conventu Christianorum te probris esse sejunctum: nisi mox quæ male dicta sunt, corrigantur.* In eodem verò Concilio nuper Ingolstadtii impresso, Epistola hæc est in toto primo, c. 16.

V. Ephesina.] In istidem Vaticano, & Parisiensi Ephesini Concilii exemplaribus in Epistola ipsius Synodi ad Nestorium hæc habentur: *Ecce autem simul presidente sancta Synodo, quæ in magna Roma congregata est, sanctissimo & reverendissimo Fratre, & commissario nostro Cælestino Episcopo, & tertio te hac contestamur scripturâ, &c.* In sententia verò depositionis ipsius Nestorii, post mentionem duarum citationum additur, *Canonibus autem præcipitibus evocari tertio vocatione inobedientem, dirigitur ad eum rivis alios sanctissimos Episcopos, contumacem invenimus, & remitentem, &c.* In Concilio autem Ingolstadtii exculo, tomo 2. c. 2. sunt expressæ tres citationes ipsius Nestorii.

VI. PITH. cxxviii. cxxviii. cap. cccclii.

VII. IREM ORIGENES super Leviticum, Homil. 14. ad c. 24. [c. an. 217. in Ægypto.]

Vita, non sententia ab Ecclesiâ aliquem ejicit, vel ad eam reducit. *Um aliquis* exit à veritate, à timore Dei, à fide, à charitate; exit de caltris Ecclesiæ; etiam per Episcopos vocem minime abiciatur: sicut e contrario, dum aliquis non recto iudicio foras mittitur; scilicet si non ante exierit, id est, si non egerit, ut mereretur exire; nihil laeditur. Interdum enim qui foras mittitur, intus est: & qui foris est, intus retinetur videtur.

Corr. Rom.] Apud Origenem post c. qui negligunt, sup. ead. citatum, sequitur: *Iste tamen, qui licet matre Israelide, Ægyptio tamen patre progenitus est, exiit, & nominans nomen maledixit. De quo ego puto, quod nisi exiisset; nec litigasset adversus verum Israelitam, nec nominans maledixisset. Exiit enim à veritate: exiit à timore Dei, à fide & charitate: sicut superius diximus, quomodo per hæc quis exeat à caltris Ecclesiæ, &c.*

VIII. IREM AUGUSTINUS Serm. 11. de Verbis Domini. [fortè c. an. 410. in Africa.]

Et qui aperto sacrilegio, & qui perversa vitâ Fidelibus non sociantur, ad Ecclesiam non pertinere probantur. *De illis* h, qui sunt ab Ecclesiâ segregati, non dicit ea, que sunt Spiritus, non percipientes: ne ad scientiæ perceptionem referentur: sed dictum est: *Spiritus non habentes.* & infra. §. 1. Hoc utique a nullo modo diceret

Vij

Lib. 2. Ina. 11. Epist. 6.
 b. al. convi. ctus.
 c. In Cod. Theod. lib. 5. Sententiarum Julii Pauli.
 d. c. 15. § 44.
 e. lib. 5. Epist. 3.
 f. Sent. 4. dist. 18.
 g. Sup. ead. §. quis.
 h. 1. Cor. 2.
 i. al. refer. retur.
 k. In Epist. Judæ.